UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

IIII. Grauißimæ calamitates & dolores Iacob, quos ex patris coniugis Rachel, Delboræ nutricis morte, & filij Ruben incesto concubitu cum nouerca cepit, & econtra diuinæ consolationes cogitentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Visual Library

II. Honeſta inſtitutio morum ſeu diſciplinæ adſuefactio qua arcentur à peccatis per bona præcepta, minas, caſtigationem, exempla.

Tertium & ſummum eſt doctrina Domini, ſeu uera Dei agnitio & inuocatio, quæ ex pura Euangelij doctrina ſolum hauritur. Hæc eadem beneficia pius Magiſtratus quoq; ſuis ſubditis debet impertiri, non ſolum ut uictum curet, & pacis cuſtos ſit, & externa ſcelera, ut homicidia & adulteria puniat, ſed multo magis, ut impios & idolatricos cultus tollat, & blaſphemias prohibeat, & ueram de Deo doctrinam tradi, & ueros cultus Deo præſtari curet, Nam propter hanc cauſam præcipuè DEVS ſui nominis ſocietatem Magiſtratibus impertiit, inquiens, Ego dixi, Dij eſtis.

IIII.
De Cruce & Conſolationibus integrè dicam in Hiſtoria Ioſeph.

V.
DE RACHEL extincta in partu.

Diuinum & inenarrabile opus eſt Generatio hominis, & plenum ingentibus miraculis, quæ teſtantur non caſu naſci homines, ſed diuinitus formari

fœtum